



1774.

1. Alix, Mathaeus Franciscus : *De quaestione
medico legaliter ex chirurgia declarandis*.
2. Henne, Pet. Christph., Decanus ordinis Teutonum . . .
solemnis inauguratio d. Fr. Christ. Franchi: Regis-
schafft . . . inde simulque nonnulla, & patrum,
sonibus etiam oratione subjiciente, praemissa.
3. Henne, Pet. Christph., Decanus ordinis Teutonum . . .
solemnis inauguratio Frans Vanae Bieneck
. . . inde simulque nonnulla, de mortuis & rebus
gloris et corporibus contracto, praemissa.
4. Henne, Pet. Christph.: *In creatris ortho concorsa
conductio nem debitoris qui bonis cessit, continuare
lenteantur.*
5. Turin, Vanae Ignat: *Deficto possidente.*



1775.

1. Hemmannus, Augustinus Ernestus Romanus: In paucis
capitulis in atlanteo facto qualificato locum habet.
2. Schorch, Hieronymus. Iuris Doctor, Facultat. iuridice
Decanus . . . solemnia inaugurations . . . Augustinus
Ernesti Rom. Hemmanni . . . inde simulque
en hodie sola litis contestatio malam fidem tempor
inducat? promittit.
3. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuridice Decanus: lectione
benevolo s. p. d. (ad Dissertacionem in quo Christ
phili Graeingeri invitata).
4. Turin, Adamus Ignatius: De aestimatione quanti
pluviae.

1776.

1. Daering, Thedoricus Lectorius: De quadrigliae legis
virtute.
2. Henne, Rudolph. Christoph: De rapta sposae

3. Henne, Rud. Christph., Decanus ordinis Teologorum
... solemnia inauguralia ... Friderici Guntzel
nisi Ingelhardt ... in dicti simulique nomina, de
sacerdotiis divisione entitatis vicem sustinente
transmittit.

1779.

1. Henne, Rud. Christph., Decanus ordinis Teologorum
... solemnia inauguralia d. Augusti
Zigler ... in dicti simulique nomina de venia
poenarum in dicta statutorum processu.
2. Henne, Rudolfi Christph.: De testamento publico per
repetitionem ab actis vel scirmiss principis rupto.
3. Henne, Rud. Chorf.: De modo finiendo auctoratis curiam,
per impetratam versionem.
4. Johorek, Hieronymus F. Verorum, F. juridicæ Doctorum:
... solemnia inaugralia ... Dr. Samuel Gottsch.



Baumeisteri indicet.

5 Schorch, Christian F. v. Immanuel: Num vas alias
de feudo in Lusatia superiore per ultimam
voluntatem disponens praeceps proximitatem
gradus observare teneatur?

1778.

1. Henne, Petrus Christ. De canone ordinis teatrum
... solemnia inauguralia ... Cor. Dienem
ni ... indicit simulque nonnulla de constituta
antiquis rebus theoris superiores et resolutius
praemittit.

2. Henne, Pet. Chrt. De exceptione ad jus Lethi,
pertinente plane inutili.

1. 1779.

Bierlich, Carl. Fr. v., Doc. Ord. Tz. ... solemnia inaug.
Dr. Franz. Philippi Bruck ... indicit simulque nonnulla de
systemate ecclesiae cath. et protestantum praemittit

1779

1. Franck, Franscesca Philippus: Synopsis iuri et ecclesiastici publici et portati
2. Henne, Pet. Christph. . . . solemnia inauguralia
. . . Dr. Ruprecht Christoph Baros . . . indicat
similique nonnulla de inventariis processorium
procenit. A.
3. Henne, Pet. Christph. . . . solemnia inauguralia
. . . Dr. Ruprecht. Christoph Baros . . . indicat
similique nonnulla
4. Henne, Pet. Christph. . . . De jure mariti a causa
alienationem Tatis
5. Henne, Pet. Christph.: De regimine confecti
orum hereditariorum inventarii processus
effectibus.



1780.

Toering, Fridericus Ludovicus : Thesaurus beneficiorum
multicribibus juvatur post mortem ejus debita
suscipiens?

1781.

1. Reinhart, Alton Ferv. Christian : de finibus regnum
2. Schorch, Hieron. Frideric... solemnia inauguralia
--- Dr. Christiani Guelphici Wekern --- indicit
diuinae quaedam de fidei marchionum Bran-
denburg. Langen burggraves et Nimb... 15
Austria, occasione pacis nostissimae Testeaurio
3. Schorch, Hieron. Frideric... solemnia inaug-
uralia ... Dr. Alton Ferv. Christ. Reinhart ...
indicit, diuinae quaedam de tempore, quo apud
Romanos instantium expositio nec que liberta



esse dicit, ex Taciti de morib. Germancorum
Cap. XIX. illustrat.

4. Wohrn, Christ. Gall.: Programma, quo jus
possessionis nos juris in re numeris habendum
esse videntur.

46. Wohrn Christianus Gallius: Nachrone Pa-
liana.

DE 1774, /

3

QVAESTIONIBVS ME-
DICO LEGALIBVS EX
CHIRVRGIA DECLARANDIS

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS INDVLTV

PRO SVM MIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS
IMPETR ANDIS

DIE VIII. FEBR. MDCCCLXXIV.

H. L. Q. C.

PVBLCAE DISQVISITIONI SVBMITTIT

MATTHAEVS FRANCISCVS ALIX
PARISINV

CHIRVRGIAE DOCTOR, IN ALMA EMFRICIANA EIVSDEM ET ARTIS
OBSTETRICIAE DEMONSTRATOR PUBLICVS, ACADEM, ELECT.
MOGVNT. SCIENT, VTL. MEMBR. ORDIN.

ERFORDIAE

EX OFFICINA NONNII, ACADEM. TYPOGR.



QAVESTIONIBVS M^U
DIGO LEGALIBAS EX
CHARRAEY DEGIVRANDEZ

GRATIORI MEDICORVM ORIGINIS INDICA

PRO ALVENERI ALTE MEDICO DISCUSSIONE

INTITULATIO

PIE AVIUS SEBASTIANUS MEDICO

1575

PATRICK DISCUSSIONE SUMMITS

MATTHAEVS RANICORVS AVIA

PERINUS

ENTIA HABEAT QOD ET IN VERA TRINITATE CREDAT
SIC ET TUTA FIDUCIA VERA TRINITATEM CREDAT
HOC VERA FIDUCIA VERA TRINITATEM CREDAT

ERATOPHENE

DISCUSSIONE MONACHI VENETI

EMINENTISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI AG DOMINO
DOMINO
EMMERICO IOSEPHO

S. SEDIS MOGVNTINAe ARCHIEPISCOPO, SACRI ROMANI
IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIO, ET
PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO ET PRINCIPI
WORMATIENSI ETC. ETC.

**DOMINO SVO CLEMEN-
TISSIMO**

ACTVA



LEVES HAS MEDICINAE PRIMITIAS

TRINCIUS MAGNUS AG DOMINI

DEVOTISSIME

DAT, DICAT, DEDICAT

EMMERICO JOSEPHO

S. JESUIS MAGDALENAE ARCHIENSIS O. SACRIFORMIS
PATER ET MATER GERMANIAE ARCHIENSIS ABBADO

CELSITVDINIS SVAE

DOMINO SVA CLEMEN-
TISSIMO

SERVVS HVMILLIMVS

AVTOR.

DE



DE

QVAESTIONIBVS MEDICO LE- GALIBVS EX CHIRVRGIA DECLA- RANDIS.

PRAEFATIO.



Ea est chirurgiae in praxi clinica dignitas, & tanta cum medicina conspiratio, ut vix una absque altera procedat, sed junctis manibus in auxilium miserorum properent. Iisdem enim nituntur principiis & easdem naturae leges in sanandis corporis humani affectibus sequuntur. Præterea sœpe adeo miscen-

A 3

tur

tur morbi, ut vix dignoscere possis, an medici vel potius chirurgi auxilium exigant, alii in sui progressu in chirurgi manus devolvunt ægrum, qui medicum antea imploraverat, quod tumores & ulcera post morbos acutos metastasi orta demonstrant. Egregie sane agunt medicinæ cultores, qui cognitionis hoc vinculum agnoscunt, nec nobilem hanc artem barbitonforibus & balneatoribus relinquunt, qui ob humaniorum & ceterarum scientiarum physicarum ignorantiam rudi & animo & manu illam aggrediuntur. Dolent hoc fatum præcipue physici, qui nimis delicatuli, vel hujus scientiæ plane expertes scrutinium vulnerum aliaramve medico juridicarum quæstionum solutionem hisce committere coguntur. Multa sane sunt in praxi forensi, quorum perfecta cognitio exercitatam chirurgi exigunt manum, quæ si inepte investigantur, omnis omnino certitudo & veritas de- turbatur. Hanc itaque nobis partem sumsimus elaborandam, quomodo in quæstionibus chirurgo-legalibus procedendum, & primo quidem loco ostendemus, quomodo status uteri explorandus; deinde infanticidii suspicionem investigemus, tandem de investigandis vulneribus trademus, & postremo de inepta cura chirurgica quædam exponemus,



CAPVT

CAPVT I. DE EXPLORATIONE STATVS VTERI.

§. I.

Ars obstetricia, humano generi utilissima atque nobilissima chirurgiae pars, principia hujus scrutinii præbet; quo vero felici conamine suscipiatur, multo usu exercitatus sit chirurgus necesse est: signa enim adeo diffusa & plerumque vix detegenda colligere debet, ita ut sœpe explorationem instituisse & anatomem partium probe callere oporteat, nisi decipi velit. Ne autem ordo turbetur, prima sectione de investiganda virginitate, secunda de uteri gravidi inquisitione, tertia de signis uteri partum enixa trademus; Rœdereri, in hoc doctrinæ genere arbitri, potissimum dogmata fecuturi.

SECTIO I.

DE INVESTIGANDA VIRGINITATE.

§. II.

Status virginitatis difficillime eruitur, cum morbus & debilitas constitutio, infortunium & lasciva puellarum exercitia a celebr. Tisso notata, aliaque easdem, quas coitus, mutationes in genitalibus edere possunt; hinc ex sequentibus signis integrum virginitatem affirmare, ex defectu eorum negare non licet. Signum quidem præstantissimum est hymen integer; præterea omnes partes externæ sunt firmæ, nisi morbo vel alia causa flaccescant;

cescant; præputium supra glandem clitoridis non porrigitur, dum deprehenduntur nymphæ minores, nec sinum externum egrediuntur; partes omnes nitidæ, dilute rubentes invenies; columnæ rugarum vaginæ tumidæ sunt, & superior in inferiorem incumbit: orificio uteri externum altius positum est, ut fere attingi nequeat, nisi morbo descenderit, quod facile intelligitur, cartilagineum tactu, glabrum & prominens, rima autem orificii transversa clausa ut vix unguem admittat, margines æquales, nec cicatrice notatae sunt.

§. III.

Atta non adsum exempla puellarum, quæ integrissimo hymene gravidæ factæ sunt; & orificio uteri post abortum, ante septimum mensem evenientem, vix mutatur; hinc omnibus collatis signis demum enunciatur physicus.

SECTIO II.

EXPLORATIONE VTERI GRAVIDI.

§. IV.

In graviditatem si inquiratur, primo attendendum est ad ætatem, in qua ad concipiendum idonea est foemina. Infantilis enim nec virum admittere, nec fetum alere valet; vetulæ quidem ad commercium cum viro non ineptæ, at ob defectum plethoræ uteri menstrualis fetum non efformare possunt. Efflorescentiæ pbnis & fluxus menstrui beneficium simul adesse consueverunt & mammæ assurgunt in virgine, quæ conceptionis terminum attigit.

§. V



9

§. V.

Præcipuum factæ conceptionis & graviditatis signum ex catameniis cessantibus petitur, præsertim si fluxus hujus suppressionem ex nulla alia causa derivare possumus, nec morbus aliqua symptomata illam sequuntur, nec morbo solvitur.

§. VI.

Præstantissima tamen graviditatis criteria ex uteri mutata conditione eruuntur; inde virginei uteri notitiam habeat chirurgus. Ea autem signa vel ab orificio uteri externo desumuntur vel ab incremento uteri & tumore abdominis. Orificium circa tertium mensem altius ascendit, & vix digito tangi potest. Aliæ orificii mutationes ante quintum mensem quidem non apparent. Tunc demum, sanguine in cervicem uteri irruente, fibræ diducuntur, orificium mollius fit & crassius, deinde quo propius a partu uterus gravidus abest, eo plus orificii illius prominentia complanatur, & cervix in unam cavitatem cum utero expanditur, & tandem in membranam spongiosam diducitur, & rimæ labia a se invicem secedunt, ut digito penetrare, contentaque uteri explorare possis. Quod satis commode fit, si digitus index dextræ vel sinistram manus, probe antea oleo vel butyro illinitus in vaginam introducitur, pollice simul supra regionem pubis, medio vero versus anum exporrecto.

§. VII.

Incrementum uteri & tumor abdominis porro judicium explorantis confirmant, si jejunio ventriculo, expulsis fæcibus &
B lotio,

Iotio, fœmina supino situ, retractis ad anum calcaneis examinatur. Vterum deinde gravidum abdomen urgentem tactu disquirit, tunc palmam imponat transversam abdomini, auricularem digitum versus os pubis tendat, pollicem ex adverso ad umbilicum; valida respiratione fœmina abdomen concutiat, atque physicus sub ipso respirationis nisu idem leviter imprimat. Quodsi eo momento duram, globosam, atque super os pubis haerentem resistentiam tangit, de utero tumido certus esse potest. Tumor abdominis in directione uteri fit, ex axi pelvis ad umbilicum ascendens, & pro ratione temporis graviditatis umbilicum appropinquat, vel superat. In his itaque explicantis signis veratum chirurgum omnino requiri facile perspicitur, quo mutationes his partibus inductas manu, longo usu docta, facile deprehendat.

SECTIO III.

EXPLORATIONE VTERI PARTVM ENIXI.

§. VIII.

Si quæstio moveatur, an fœmina peperit nec ne? inquisitio vel statim post partum, vel multo, post illum tempore elapsò instituitur; in priori casu dubium plane nullum superest, si sequentia a celeber. Rœdero in Elem. art. obst. adducta signa deprehenduntur. 1) genitalia externa tumida, mollia, relaxata & expansa vagina, 2) os uteri laxum, molle, tumens, non bene clavum, 3) abdomen magnum, molle, pendulum, rugis & plicis foedatum, 4) mammae lacte turgentes, cum papilla crassa & am-

plo

plo disco, minoribus papillis distincto. 5) lochiorum rubrorum alborumve fluxus. 6) gravis odor puerperii singularis. 7) in cadavere uterus expansus cum crassissima substantia esse solet.

§. IX.

Vterus fetu liberatus tandem contrahitur, in statum naturalem mole virginem non superante, redit, ut vix ex volumine divinaveris, ad tantae molis ambitum, qui in gravido est, expandi potuisse. Et nisi in orificio uteri aliqua maneret nota, difficilissima esset quæstio, an foemina unquam peperit. Orificio uteri in foemina partum enixa non in conicam redit figuram, sed in cylindrum vel conum inversum formatur, & crassescit; deinde rima non tam arcte clauditur, sed hiat & digitæ apicem ferre admittit, labia magis distinguuntur, & internæ eorum margines inæquales redduntur, incisionibus & cicatricibus intersinctoræ, quæ si numerosæ & cruciatim divisa, dubium de partu edito non relinquent.

§. X.

Minus certa sunt signa a frenulo deleta desumpta, quod parti posteriori sinus prætenditur & in partu ut plurimum extenditur & evanescit, imo, si imperitis tractantur parturientes obstetricibus, sc̄e dilaceratur. Porro abdominis rugæ & plicæ, lineolæ inammarrum, maculæ crurum & femorum cœruleæ: quippe quæ & ex alio morbo ortum trahere, vel in quibusdam, et si perierint, evanescere possunt. Attamen si haec illis §. IX. recensitatis signis, una cum vestigiis defloratae virginitatis §. XI. accedunt, judicium physici egregie confirmant.

§. XI.

Ex his dictis §§. præc. facile adparet, quam lubrico nitatur judicium physici, qui chirurgorum imperitorum disquisitione freti, nec propria manu rerum conditionem examinare vel possebant, vel volunt: cum pleraque nonnisi comparatione cum statu naturali cognoscantur, & signa plerumque multo exercitio edocta manu demum deprehendantur, & hinc inde sparsa colligenda sunt,

CAPVT II.

DE

INFANTICIDIO COGNOSCENDO.

§. XII.

Disquisitio infanticidii ardua & dubiorum plena res est; præsertim, si de tempore mortis quæstio movetur, num ante partum obierit, an post illum, quounque modo sit, vitam amiserit. Tot in hoc negotio minutæ signorum observandæ, ut si unquam certe in hoc casu, dexteritas physici secundis necessaria sit. Nos ceteris veritatem eruendi modis missis, ea tantum recensebimus, quæ comparatione habitus exclusi fœtus, & per chirurgi manum secando & præparando institui solet.

§. XIII.

In habitus fœtus exclusi cum naturali comparatione multa variaque attendenda sunt, quæ omnia exponere ob limites habum

rum pagellarum non licet; sufficiat de conformatione & consistentia partium, de colore, pondere & longitudinis dimensione quædam protulisse. Ex his enim omnibus simul sumtis certa signa eruuntur.

S. XIV.

Conformatio monstrosa sâpe impedimentum est, quo minus excludi potest foetus, quod in capite prægrandi, hydrocephalo, fœtu bicipite, vel humeris nimis latis, dorso gibbosof aliisque formæ vitius evenit: huc quoque pertinet funiculi umbilicalis nimia longitudo, quæ facit, ut nodo constricto circulatio intercipiatur, vel collo circumvolvutus fœtum in partu strangulet. Deinde in consistentiam partium inquirendum est, putredinis enim signa, cuticula laxa & secedens, mollis totius corporis tumor, fœtum mortuum editum esse evincunt. Porro flavidus & corrugatus habitus, abdomen collapsum, fontanella subsidens probant. Huc quoque pertinet color lividus viridi quodammodo accedens, maculae lividae & stigmata varii coloris, quæ omnia, si absque aliis signis violentæ lesioni deprehenduntur, fœtum ante partum mortuum esse demonstrant. Ita quoque ex colore cinnabarinô per totum corpus diffuso judicatur fœtum ante maturitatis tempus exclusum esse, quod etiam ponderis & longitudinis ratio probare videtur; immaturi fœtus enim pondus vix quintam libram excedit & longitudo pede cum dimidio minor esse solet. Ex his itaque allatis facile colligitur, judicium sectoris physici longa praxi obstetrica exercitatum esse debere, ut horum signorum præsentiam & gradus differentiæ a naturali constitutione deprehendere & discernere valeat, plurima enim co-

B 3

rum

rum verbis haud sufficienter explicari possunt, sed sèpius vidille juvat.

§. XV.

At ubi signa violentæ læsionis in corpore deprehenduntur, eaque sectione ulterius indaganda sunt; solerti & in præparatione anatomica exercitata manu opus est. Quodsi vulnus alicubi assuerit, ejus simplicitas vel composita indoles, aliaque sequenti capite declaranda observanda sunt. Deinde fugillationes examinanda, præsertim de zona livida colli sollicitus sit sector, funiculi circumducti vestigio, & in nucha, fontanella aliisque locis, quæ appetunt acu aliisque instrumentis infantidae. In his anatomes ope sollicite disquirendis cauta partium præparatione opus est, non solum cutis auferenda, sed musculorum ejus loci strata successive resecanda sunt; ut pars una post alteram denudetur & progressus læsionis ad partes nobiles prosequatur necesse est, quo ex mutata partium constitutione appareat, qualis effectus violentiæ fuerit. Eadem ratione, si tres magnæ cavitates & visceræ in illis contenta examinanda sunt, si v. c. sanguis effusus vel aëre excluso fœtus suffocatus esse videtur, caute & lege artis hæc instituenda est, a rudi manu non expeditanda disquisitio.

CAPVT

237
CAPVT III.

DE

VVLNERIBVS EXAMINANDIS.

§. XVI.

Vulnera vel vivo adhuc corpore, vel post mortem inventi-
ganda obveniunt, & de eorum lethalitate, vel absoluta vel acci-
dentali judicem instruere debet physicus sector. Adeo quan-
doque illa deprehenduntur processu tortuoso & refracto, prä-
fertim si punctum inficta sunt, ut & peritissimo negotium fa-
ciant. Quatuor sunt, ad quæ potissimum respiciendum est in
horum scrutinio; nempe ad partem vulnera tactam, deinde
situm corporis, dum cædebatur, tertio ad instrumenti lædentis
figuram, tandem, si vita adhuc supereft, ad functionum ex vul-
nere læsionem.

§. XVII.

Ex consideratione partis læsa egregie æstimatur vulnus;
vel enim pars ad vitales motus peragendos necessaria est, vel
ex alia ratione insanabilis, v. c. propter situm reconditum &
arti impenetrabilem, uti vulnera diaphragmatis, asperæ arteriæ
& pharingis in thorace progredientium, item propter motum
perennitatem, vel contenti fluidi effusionem continuam: talia
sunt vulnera cordis & arteriarum aliorumve vasorum majorum.
Deinde ex structura partis conditio vulneris quoque eruitur, si-
tus enim partium juxta positarum ex anatomie repetitus direc-

ctio-

ctionem & altitudinem vulneris quodammodo declarant & reliquum examen facilius reddunt.

§. XVIII.

In hoc examine magnum est adjumentum nosse, qualem situm haberat læsus, dum vulneris infligeretur, ex quo directio vulneris prævideri jam potest & sector monitus certius stylum vel cereum ducere valet, qui si in eadem linea, qua impetus lædantis instrumenti factus est, introducitur, vulneris ductum certe sequitur, adeoque ex figura & indole reliqua partium adjacentium certam status vulneris cognitionem consequitur, & de partium læsarum majori vel minori destructione judicare potest.

§. XIX.

Neque vero instrumenti lædantis figura & reliquae conditio[n]es prætermittendae sunt, quippe ex his curatus examinatis magnum saepe vulnerum scrutinio lumen affunditur: gladii acies vel obtusa indoles, deinde an ex obſtaculo, vel ossium vel aliarum partium resistentia incurvatum sit instrumentum lædens, an aliquem sui partem in vulnera reliquerit; ex his enim progressus vulneris hinc inde determinatur.

§. XX.

His præcognitis facilius per vulneris præparationem, si in cadavere eius disquisitio instituuntur, sectione suscipitur. Nec satis est, partem scindendo denudare, sed partem post partem aufe-

aferendo, musculos per strata singula, uti artis est, prosequendo, partesque e longinquo huc appellentes, ut vasa, nervos caute disquirendo, earumque mutationes a statu naturali observando, demum partes destructas, latitudinem & altitudinem indicare, in genere de vulneris natura & effectu judicare possumus. Facile hinc perspicitur huic negotio anatomies expertem & in praxi chirurgica parum versatum virum minime parrem esse, et si Phylici praesidis iussu dirigatur, cum ejus praecepta vel non vel inepite satis exequitur.

§. XXI.

Si vero vulneris indagatio in vivente adhuc fieri debet, in quo directio & alia scitu necessaria secando erui non possunt, ex functionum lassione juvatur physicus, quæ, si cura ceteris examinis modis jungitur, judicium de natura vulneris egregie confirmatur.

CAPVT IV.

DE Cura medicorum & chirurgorum
INEPTA CVRA CHIRVRGICA DIUDICANDA,

§. XXII.

Non raro de curâ instituta quaestio móvetur, omnisque sibi eventus culpa in medicum vel chirurgum devolvitur. Difficillime hic judicatur, praesertim in casu medico-clinico, ob innumeras fere medicamentorum, corundem dosium & præparationum & mixtura ad corpus humanum relationes, per temperamentum, vitæ genus, æatem, cet. in infinitum mutatas. Haud parum inde facillit negotii in gradibus ignorantiae

C

deter-

determinandis. Errorum quidem chirurgicorum disquisitio difficultibus premitur non minoribus: at cum controversiae causa plerumque magis sensibus exposta sit. Inde examine partis leæsi instituto, historiaque & morbi & curæ explorata, facilius fundamentum invenitur, quo physici judicium niti possit.

§. XXIII.

Chirurgum ab omni culpa absolvunt, demonstratio indicationis rite formatae, bene electi auxilii, & tandem impedimentorum, quibus factum est, ut ars, iners maneret, enarratio. Maximum plerumque est impedimentum curæ rite instituendæ, exinanitio vasorum per hæmorrhagiam, aegrum ante exhauiensem, quam chirurgus accerferetur, hinc omnis artis efficacia perit. Cacochymicas, disciplinæ medicæ impatientes, maximum chirurgi timentes ars servare non potest. Nec non artis auxilium per longum nimis tempus neglectum, & tandem petutum, malum augere solet, curam difficiliorem reddit.

§. XXIV.

Duplici utplurimum modo chirurgicorum vulgus peccare perspicxianus: primo ab inflammationis incuriam, omnem fere morbum, cui manu medetur, comitantem, deinde de expellendis alienis in corpore humano hærentibus nimis cunctanter cogitant. Et hoc ultimum ex inconstancia animi, rerum suarum minus certi efficitur, meticuloſi sunt, naturæ vires exspectant, nec pus scindendo effundere, nec putredine colliquata vel supercrescentem carnem & reſecando removere audent. Raro temeritate nacent, & siquando accidat, id temeritatis genus est, quod ignorantiam matrem habet.

§. XXV.

§. XXV.

Adeoque in curæ accusatæ aestimatione eo in primus respi-
ciendum est, ut inquiratur, quomodo in inflammatione mitigan-
da processerit. Hoc vero cognoscitur ex phænomenis & effecti-
bus, inflammationem male aut bene moderatam sequentibus. Ma-
le aegro suo prospexisse demonstrant, febris vehementia, deliri-
um, convulsiones aliaque dira symptomata, deinde gangræna &
sphaceli progressus in corpore evchymo ceteroquin sano, inde
ægri parte mutulati, quæ inflammatione cohita, conservari
potuisset.

§. XXVI.

Maximum quoque in periculum deducuntur, per cunctationem chirurgi, præcipue in eliminandis particulis peregrinis
in corpore hærentibus, sive pus sit sive partes gangræna confe-
ctæ sive fragmenta ossis fracti sive alia quæcunque acie lacerantia
partes irritantia, accredine rodentia &c. sic pus diutius retentum
carnes exedit, ulcera sinuosa excavat, ossa consumit, tandem ca-
chexiam tabem inducit: aegerime gangræna putridam per cel-
lularem texturam quasi explosionem cohibemus, nisi in tempore
præscindatur commercium, vel plane supprimitur fermentum
putridum. In iis, qua loco moventur, difficultas reponendi in
dies increscit. In his itaque dijudicandis facilius versatur, cum
error chirurgi oculis subjici, & ex habitu ægroti, partisve lœsa,
& morbo & medela cognitis explicari potest. Exercitatus tamen
requiritur chirurgus, hisce omnibus perscrutandis longa praxi
aptus, ne error in ipsa disquisitione communissus, chirurgo accusa-
to adscribatur.

§. XXVII.

§. XXVII.

Obstetricum errores, cum in tenerimo corpore committuntur, vel matrem ex partus laboribus jam exhaustam male habent, plerumque de vita patientis decidunt, vel labem per omnem vitam insuperabilem saltim imprimunt; hinc maximopere animadvertendi sunt. Ex defectu cognitionis partium fetus, quae in partu primæ ad os uteri harent, vel mutationum & naturæ uteri ad partum accendentis plurimum gravissimi errores oriuntur. Exemplo sit fetus matri transverso vel alio in epto situ molestus, qui per obstetrics mutilatur fere vel suffocatur, cum operationis levi negotio ex utero extrahi potuisset. Sed horum examen in speciali casu facilius instituitur, quam in genere determinatur.

§. XXVIII.

Sed etiam alia sunt, quæ ex chirurgi culpa in ægros redundant posseunt damna. Operationes invito Aesculapio suscepæ, quibus prosequendis impares sunt, vel ob ignorantiam vel ob mortæ brevitatem chirurgi ambulatorij, huc quoque pertinent; & merito magistratus de sanitate civium sollicitus examine prævio, nisi fama præcesserit, illis exercituum artis sue interdicat, vel eos obstringat, ut curam perficiant. Kelatomi v. c. ab Heistero jam castigati.* Heu quot oculos Taylorus suffusione laborantes confudit, quot cœcutientes, oculis plane privavit! Sufficiat de erroribus chirurgorum dixisse; potiussem si voluntsem cunctæ hac capita exemplis illustrare; sed odiosa sunt, & chorda tacta, consone me non monente murmurant.

* Heist. Diss. de abusu kelotamie.

F I N I S.



X 2310747

ULB Halle
007 469 942

3



V018



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

DE

1774, 1

3

QVAESTIONIBVS ME-
DICO LEGALIBVS EX
CHIRVRGIA DECLARANDIS
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS INDVLTV

PRO SVMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBVS
IMPETRANDIS

DIE VIII. FEBR. MDCCCLXXIV.

H. L. Q. C.

PUBLICAE DISQVISITIONI SUBMITTIT
MATTHAEVS FRANCISCVS ALIX
PARISINV

RVRGIAE DOCTOR, IN ALMA EMFRICIANA EIVSDEM ET ARTIS
OBSTETRICIAE DEMONSTRATOR PUBLICVS, ACADEM. ELECT.
MOGVNT. SCIENT. VTVL. MEMBR. ORDIN.

ERFORDIAE

EX OFFICINA NONNII, ACADEM. TYPOGR.

